

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Georg Dorsche

**Rector Universitatis Rostochiensis Joh. Georgius Dorscheus Argentoratensis, D.
Ad Exequias, quas Filiolae tenellulae Barbarae Rahnen/ Parentes moestissimi
hodie ... adornabunt, Omnes & singulos Academiae Cives officiose & amanter
invitat ...**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776781812>

Druck Freier  Zugang



Dorscheus, J. G.

in

B. Rahne.

Rostock, 1656.

13



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776781812/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776781812/phys_0004)

DFG

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOH. GEORGIUS DORSCHEUS
ARGENTORATENSIS, D.

ad
Exequias,
quas

FILIO LÆ tenellula

BARBARÆ Rahnen/
Parentes mœstissimi

hodie circa horam I. pomeridianam
adornabunt,

Omnes & singulos Academiæ Ci-
ves officiosè & amanter invitat

Immortalitatis præsidia uberrima
precatus!



ROSTOCHII,
Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typog.
Anno MDC LVI.



Ellitissima verba, gessus svavissimos circa infantes dispensavit, qui pro nobis infans factus est, ὁ λόγος, summus & æternus summi & æterni Dei filius. VERBA sunt: Αἴφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρός με. Τῶν γαρ Ιωάντων εἰσὶν η βασιλεία τῶν ἀγαπῶν. apud S. Matth. c. 19. 14. S. Marcus c. 10. 14. Αἴφετε τὰ παιδία ἐρχεσθαι πρός με καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ. Τῶν γαρ Ιωάντων εἰσὶν η βασιλεία τῶν θεῶν. Αμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἀν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν οὐ θεοῦ ὡς παιδίον, & μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν. S. Lucas c. 18. 16. 17. consonat S. Marco, nisi quod pro τὴν βασιλείαν τῇ θεῷ, habet τὴν βασιλείαν Ιοῦ νῦν. Erasmus legit τὸ θεόν & op. Reg. Vulgatus reddit Matth. 19. 14. Sinite parvulos & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cœlorum. Marci 10. 14. Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. Talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis: quisquis non acceperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. Luc. 18. 16. Sinite pueros venire ad me & nolite vetare eos. Talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis, quicunq; non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. Legit Vulgatus Ieov, ubi hodie legitur νῦν. Franc. Lucas 1. i. Correct. Rom. h. l. notat, non nullos Codd. pro regnum Dei, scripsisse verbum Dei. Syrus nullam peculiarem in verbis emphasiā habet, ut propter eandem opus sit Syriacum textum adscribere. Trostius ita vertit: Sinite pueros venientes ad me, & ne prohibeatis eos: illorum enim, qui sunt sicut isti, est regnum cœlorum. Marci 10. 14. ita vertit: Sinite parvulos, ut veniant ad me, & ne prohibeatis eos: illorum enim, qui sunt sicut isti sunt, est regnum Dei. v. 15 Ammin dico vobis, quod qui quis non acceperit regnum Dei, sicut parvulus, non ingredietur in illud. Luc. 18. 16. 17. verba ita exprimit: Sinite parvulos venientes ad me, & ne prohibeatis eos; illorum enim, qui sunt sicut ijs, illorum inquam est regnum cœlorum. Ammin dico vobis, quod qui non acceperit regnum Dei, tanquam parvulus, non intrabit in illud. Expressit autem Trostius seu potius descriptis translationem Imman. Tremmellii. Erasmus Roterod. ita Matth 19. 14. vertit: Sinite pueros & ne prohibeatis eos ad me venire: talium enim est regnum cœlorum. Marc. 10. 14. ita: Sinite pueros venire ad me, ne prohibete illos. Talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis, quicunq; non acceperit regnum Dei tanquam puer, haud quaquam ingredietur in illud. Luc. 18. 16. 17. ita: Sinite pueros venire ad me & nolite vetare eos; talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quicunq; non acceperit regnum Dei velut puer,

no

non intrabit in illud. Beza Matth. 19. 14. ita. Omittite iſtos puerulos & non prohibete eos ad me venire. talium enim est regnum cœlorum. Marc. 10. 14. ita. Sinite puerulos venire ad me, & ne prohibete eos. talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis: quicunq; non exceperit regnum Dei, ut puerulus, nequaquam ingredietur in illud. Luc. 18. 16. 17. Sinite puerulos venire ad me & non prohibete eos. talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis: quicunq; non exceperit regnum Dei, tanquam puerulus, nequaquam introibit in illud. Bened. Arias Mont. ita corrigit Vulgatum: Matth. 19. 14. Sinite puerulos, & ne prohibete eos venire ad me. nam talium est regnum cœlorum. Marc. 10. 14. Sinite puerulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. nam talium est regnum Dei. Luc. 18. 16. Sinite pueros venire ad me & ne prohibite eos. nam talium est regnum Dei. Post Tigurinos Franc. Vatablus ita habet Matth. 19. 14. Sinite puellos, & ne prohibeatis eos ad me venire. talium enim est regnum cœlorum. Marc. 10. 14. Sinite puellos venire ad me, ne prohibete eos. talium enim est regnum Dei. Luc. 18. 16. Sinite puellos venire ad me & ne prohibeatis eos. talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quicunq; non accepterit regnum Dei, veluti (apud Marcum habet tanquam) puellus, non intrabit (hanc quaquam ingredietur, est apud Marcum) in illud. Antiquum meum MSCtum germ. habet apud Matth. Dar die Lüxelen komen zu mir/ und nichten welt ins weren. Wann all solcher ist das Reich der Himmel. apud Marcum. Die Lüxelen komen zu mir/ und nichte welt ins weren. Wann solcher ist das Reich Gottes. Gewerlich sag ichs euch/ Ein jeglich der da nit als ein Lüxeler / der empfecht nit das Reich Gottes/ noch get in es. Apud Luc. vers. 16. & 17. Lässt die Lüxelen komen zu mir / und nit welt ins weren. Wann solcher ist das Reich der Himmel. Gewerlich sag ichs euch/ der da nit empfecht das Reich Gottes als das Kind der geht nit in es. B. Lutherus Matth. 19. 14. Lasset die Kindlein und wehret ihnen nicht zu mir zukommen / dann solcher ist das Himmelreich. Marc. 10. 14. Lassen die Kindlein zu mir kommen und wehret ihnen nicht/ dann solcher ist das Reich Gottes. Warlich ich sage euch/ wer das Reich Gottes nicht empfehet als ein Kindlein / der würd nicht hinein kommen Luc. 18. v. 16. consentit At v. 17. ita habet: Wer nicht das Reich Gottes nimmet als ein Kind/ der würd nicht hinein kommen. Joh. Dietenberg. Pontific. per omnia B. Lutheri verba retinet. Tigurini ita. Lassen die Kindlein und weeren inn nit zu mir zu kummen. Dann solcher ist das Himmelreich. Marc. Lassent die Kindlein zu mir kommen und werent inn nit. Dann solcher ist das Reich Gottes. Warlich ich sag euch/ wer nit empfehet das Reich Gottes als ayn Kindlein / der würd nit hinein kommen. Luc. Wer nit das Reich Gottes annimpt als ayn Kind &c. Joh. Piscator Matth. 19. Läasset die Kinder gehen und wehret ihnen nicht zu mir zukommen. Dann solchernist das Himmelreich. Marc. 10. das Reich Gottes. Amen ich sage euch: wer das Reich Gottes nicht empfaehet als ein Kind / der wird mit nichten hinein kommen. Luc. 18. der würd nicht

nicht hinein kommen. Racovienses Sociniani nihil mutant, nisi quod pro
Kindlein reddant Knäblin / & pro Reich Gottes ponant Königreich Gottes.
Belgica vetus: Laet die Kinderkens geworden/ ende en belet haer niet tot my te co-
men / want sulcker is dat Hemelryck. apud Marcum: Laet die Kinderkens tot my
comen/ ennu en feert haer niet. Wann sulcker is dat Rycke Gottes. Voor waer
ick segge u/wie dat Rycke Gods niet en ontfange als een Kindeken / die en sal daer
niet in comen. Apud Luc. est, Wie dat Rycke Gods nieten neemt als een Kinde
&c. Anglica apud Matth. Suffer littlen children, and forbid them not to come unto
me. for of such is die Kingdome of heaven. Marc. y Kingdome of God. Verely, say unto
you, vvhosoever shall not receive the Kingdome of God, as a little childe, he shall not
enter therein. Luc. shall in no wise enter therein. Omittemus Gallicam & Itali-
eam. In omnibus sane linguis verba sonant suavissime. GESTUS, & facta sunt
itidem summi amoris plenissima. Rigori & prohibitioni discipulorum oppo-
nit mellitissimus Salvator I. ἀγαπάχησιν indignationem. Aegerrimè nimi-
rum tulit consilia à discipulis foveri scopo suo penitus adversaria, qui est, mi-
nimos, maximos, infantes, senes, nullis ætatis attentis discriminibus, salvare.
Marc. 10. 14. II. ἀγέστηλησιν, allocutionem & advocationem. qua in abitu po-
sitios serio revocavit & ad se pervenire voluit. Luc 18. 16 III. ἐραγναλισμὸν,
in ulnas exceptionem. Marc. 10. 16. Vulgatus habet, complexans eos. Syrus.
וְשָׁקֵל אַנְזָן עַל דְּרוּחוֹן Et sustulit eos in ulnas suas. Erasmus, Tigurini, Fr.
Vatablus, Et cum cepisset (Beza, accepisset) eos in ulnas. Ben. Arias. Mont. & ul-
nas complexus eos. German. vetus MSC. Und Er umfasst sie. B. Lutherus.
Und Er herhet sie. Dietenb. consentit germ. MSCto, ut & Tigurini, & Belgica. Pisc-
eator. Und Er nam sie in die Arme. Quem sequuntur etiam Racovienses. An-
glia. bee tooke them up in his armes. Guil. Budæus ἐραγκελίζομεν interpretata-
tur amplexabundè gesto. παις ὑπεργνάλιος puer qui in ulnis gestatur, apud
Suidam. IV. ἐπίθετο τῶν χειρῶν ἐπὶ τὴν παιδία. Matth. 19. 15. Marc. 10. 16.
qua est spiritualis aut corporalis beneficij conferendi signum. V. ἐυλογίαν
benedictionem. Marc. 10. 16. Gestus sunt & hi Salvatoris nostri factaq; ad
omnem dulcedinem charitatis incomparabilis composita. Orthodoxi Theo-
logi, expendentes verba & facta, ita pro infantibus concluserunt. Quorum
I. est regnum cœlorum seu Dei; II. qui sunt exemplar ad regnum cœlorum pro-
movendorum, III. quos Salvator mundi a se etiam in tenerima sua ætate abigi pati
non potuit: IV. quos ad se serio evocavit: V. inq; testimonium voluntatis se-
riæ ulnis pectoriq; admovit & impositione manuum efficaciæ beneficia prole-
ctus est, illos saltem aliquo medio communionis salutiferæ ad se trahit, vivifi-
cat, nova nativitate beat, & hæreditatis sempiternæ candidatis adscribit. Quo-
modo I. enim regnum cœlorum ad ipsos pertineret, si nullo medio communio-
nis

nis cum regno Dei ad Christum traherentur? si non vivificantur & bearentur
nativitate nova? si non candidatis æternæ adscriberentur hæreditatis? 2. Certe
qui sunt exemplar ad regnum cœlorum promovendorum, illi sunt regni cœlo-
rum participes: illi sunt capaces saltem aliqua via bonorum regni cœlorum: illis
non est interclusus omnis ordo impetrandæ salutis. Et qui possunt recipiendo
regnum cœlorum exemplar esse receptionis ejusdem omnibus aliis, illis utique
pater aliquod receptionis regni cœlorum medium. 3. Cur quæso agrè tulisset &
cum gravi aliqua indignatione, illos à se abigi? Cur 4. illos serio ad se evocasset,
& 5. tot amoris contestationibus prosecutus esset, si nullo spirituali beneficio re-
gni sui afficiendos, veluti nullius capaces, censuisset? At infantium & tenellæ æ-
tatis liberorum 1. est regnum cœlorum. Negant hoc Anabaptistæ, negant Socinia-
ni. Smalcianus contra D. Frantz. disp. 10. p. 311. quia non dicit Christus horum, sed ta-
lium b. e. qui similes essent pueris. Hieronym. Moscoroviæ contra Marinum Smi-
glecium de baptismo cap. 7. p. 118. Quæstio est, an ex hoc loquendi modo, talium
est regnum cœlorum, recte concludatur, infantes servari? Hoc ego nego. Ita &
Jonas Schlichting. contra D. Meissner. de bapt. p. 840. & seq. Et ipse Socinus in no-
tis ad Mart. Czechovitj l. de paedobapt. p. 223. ait: Infantes non esse partem Ecclesie,
quod est Φορτιών ἀκεστης & intolerabilis vox piis parentibus infantes suos in
agonē ultimo positos cernentibus. Sed salva est consolatio! τιμῆτων sæpissimè
est in N. T. τούτων, talium h. e. horum ipsorum. Matth. 9. 8. glorificabant Deum,
dantem potestatem την αὐτὴν hanc ipsam, quæ ratione sanationis & remissionis in-
æstimabilis in Christo eluxit. c. 18. 5. qui suscepérunt παιδίαν τοῦτο h. e. τέτο &c.
nam & ille puerulus in nomine Christi receptibilis fuit. Marc. 6. 2. δυνάμεις
παιδίαν h. e. hæ ipsæ, quæ tum edebantur & oculis hominum exponebantur.
Luc. 9. 9. inquit Herodes, ἀνέσω τοιαῦτα h. e. τοῦτα. c. 13. 2. Galilæi passi sunt
τοῦτα, h. e. τοῦτα, v. 1. quod Pilatus sanguinem eorum sacrificiis eorum mis-
cuerit. Job. 4. 23. pater querit τοῦτα h. e. τούσους, adoratores ipsos in Spíitu
& veritate. Conf. Att. 16. 24. Rom. 1. 32. 1. Cor. 11. 16. 2 Cor. 3. 4. 12. c. 10. 11. Gal. 5. 21.
23. Heb. 7. 26. c. 8. 2. c. 12. 3. Exceptio igitur frustranea est. Et horum ipsorum
παιδίαν esse regnum cœlorum, qui tunc temporis per circumcisioñem efficaci-
ter foederi divino inserebantur & Ius in re consequebantur, cum ante circumci-
sionem ius ad rem haberent, pater evidenter ex Christi argumentatione. Sic enim
se illa habet: Quorum est regnum cœlorum, eos vos, ò inconsiderati discipuli mei, non
debebatis à me vestris intempestivis interdictis arruisse, qui Rex cœlorum sum.
At qui discipuli non similes infantum, sed ipsos infantes à Rege cœlorum arcue-
runt. Qualis quæso vis concludendi hæc foret? Quorum similibus competit regnum
cœlorum, illi non sunt arcendi à Christo. At infantum similibus competit regnum cœlo-
rum. E. Quis non videt propositionis nullitatem? Qui per παιδία grandisculos

pietos intelligendos necesse putant, non advertunt; quod contra scopum Christi militent, ~~non~~ exempla constituere simplicitatis, non repugnantiae, receptionis sincerae, omnibus ad regnum cœlorum contendentibus, scopus est Christi. Quo plus ætatis vero est in pueris, eo minus aptitudinis ad adumbrandam istam simplicitatem Christo dilectam &c. Aetas progressu suo contaminaat pueros.

II. infantes constituit exemplaria per receptionem regni Dei suam receptionis omnium regnum Dei desiderantium. Senitus cerre Christi ille est. Qui in officina Spiritus sancti est positus, recipiendi regni cœlorum causa, ita omnino regnum cœlorum recipere debet, quoad impedimentorum remotionem, ut sunt contradicatio, repugnantia, scrupulositas, aversio &c. sicut in ea positus infans, jam jam Deo initiandus, illud recipit. III. Infantes Salvator mundi a se etiam in illa tenerrima ætate sua ab igipat non potuit. IV. eosdem ad se serio evocavit. V. ing testimonium voluntatis suæ seriæ ulna pectoris, admovit atq; impositione manuum efficaci ac benefica prosecutus est, ut ex textu liquet. Conf. D. Gerhard. 10. de bapt. §. 187. Ergo infantes saltem aliquo medio communionis salutiferæ ad se trahit, viviscat, nova nativitate beat & hereditatis sempiternæ candidatis adscribit. At vero sacramento initiationis, quod sic vocamus, nullum est ordinatus, nullum aptius. Magnus est ergo in Tertulliano nævus, quem Sociniani, omisisti infinitis aliis sibi adversantibus, pro errorum suorum patrocinio, arripiunt, cum ille de baptismo cap 18. p. 225. de tempore suscipiendi baptismi disputans, ita ad verba Christi salutiflua excipit. Ait quidem Dominus, Nolite illos prohibere ad me venire. Veniant ergo dum adelescent; veniant, dum discunt; dum docentur, quo veniant; siant Christiani, dum Christum nosse potuerint. quid festinat innocens ætas ad remissionem peccatorum? cautius agetur in secularibus, ut cui substantia terrena non creditur, divina credatur. norint petere salutem, ut petenti decesse videarū. Nam Christus non imperat futuram & progressu temporis instituendam adductionem infantum ad sui complexum, sed illa ipsa $\beta\epsilon\phi\eta$, illa $\tau\alpha\delta\alpha$, quæ arcebantur tum temporis ab ipso, actutum jubebat ad se admittri, illlico in ulnas accipiebat & per impositionem manuum cœlesti benedictione complebat. Et Tertullianus sui ipsius oblitus de Monogamia c. 8. p. 574. argumentum ad servandam virginitatem regno cœlorum commodā ex eo capit, quia puellarum dicitur esse regnum cœlorum, utiq; adhuc puellorum, adhuc virginum, nec seculi concupiscentia inquinatorum, quibus proinde similes esse decet hereditatis celestis cupidos adulteros. Rectius antiquior Tertulliano lustris aliquot Irenæus lib. 2. c. 39. inquit. Omnem ætatem Christus sanctificat per illam, quæ ad ipsum erat, similitudinem: Omnes, inquit, omnes venit per semetipsum salvare: omnes, inquam, qui per eum RENASCUNTUR in Deum, infantes, & parvulos & pueros & juvenes & seniores. Idem per omnem venit ætatem & infantibus infans factus, sanctificans infantes: in parvulis parvulus, sanctificans hanc ipsam habentes ætatem. Ita seculo post Christum secundo Anno 180. Irenæus.

Quod

Quod notandum contra assertionem Walafridi Strabonis de reb. eccles. c. 26. cui
adstipulatus Ludovic. Vives ad Aug. d. C. D. l. c. 27. sil. neminem olim admotum
sniffe sacro baptisterio nisi adulta jam etate &c. Sed hæc alias. Revertamur ad
amabilem Christi Salvatoris vocem, quæ tantam cœlestis arboris fragrantiam
sparsit de se, cum adhuc exinanitus esset, & in forma servi, reconditis cœlestis
gratiæ thesauris, obambularet. Sanè enim qualis se tunc in his terris infantibus
exhibuit, talem etiam alias. Et credibile est, discipulos JESU, qui impru-
denter infantes ab amplexibus Christi repulerunt, postquam Christi
indignationem experti sunt, & quanto fervore eos complecteretur,
non sine ingenti admiratione intuiti, ubi commodè obvia habue-
runt in ulnis parentum hærentia tenella ejusmodi corcula, eadem ad φιλαρ-
γεως Magistri degustandum amorem vehementer invitasse. Quanto ergo
major erit Christi exaltatio & ad dextram Patris sui cœlestis in throno gloriæ con-
sidentis erga infantes nostros amoris divini effusio? Succenget utiq; mundo, per
tot errores, per tot scandalæ avertenti infantium ad se adventum. Indignatur
parentibus tam segnibus in infantium adductione. Vocat è throno suo hortati-
bus indesinenter Orientem, Occidentem, Meridiem, Septentrionem, ut
expergefiat adducatq; suos infantes fiatq; ipsis similis. In primis in Ecclesia
explicat ulnas gratiæ & amplexus infantibus offert. Mysterium baptismi inex-
plicabiles heic osculationes præbet. Sic in regno gratiæ. E regno gloriæ ad
se vocat, ad se trahit infantes & in beatitudinis sempiternæ tranquillissimum
sinum recipit, quoties præmatura morte è parentum ulnis abstrahit. Id quam-
quam acerbum appetit imperium, quia tamen à Christo est, caveant PARENTES, neverando & intercedendo modum excedant & indignationem
ejus provocent, quod Discipulis contigit.

Resignabunt ista ratione voluntatem suam in supremi imperii JESU
CHRISTI nutum Nobil. amplissimus & excellentissimus Vir, HENRICVS
Rahne JCtus, Anteceßor Acad. nostræ & Consistorii Assessor præclarissime meriti,
Dn. Amicus & Collega noster honoratissimus, & honoratissima conjux ejus, matrona
omnibus sexus sui ornamenti decoratissima ELISABETHA STEPHANIA
&c. postquam ita ratione è regno gratiæ ad regnum gloriæ evocavit Rex gloriæ
JESUS inq; suas ulnas recepit tenellulam puellam BARBARAM, filiolam ipso-
rum longe jucundissimam. Nobis, quæ ad funerationem decoram requirun-
tur, peragenda sunt. Originem puellæ jam nominatis parentibus indicavimus. In-
cidit illa in XXII. Junii hor. II. pomerid. Annisq; IsclV. Claret autem præter patrios
splendores etiam avitis. Arvum paternum habuit HENRICVM Rahnen/ JC.
syndicum primè Helmstadii, deinde ex regia Dan. stirpe oriunda DOROTHEÆ
Illustrissimæ vidua Luneburg. Consiliarium. Aviam paternam, CATHARINAM
Dn. BARTHOLI Reichen Jur. & Philos. Doctoris, initij Prof. & Procurat. Lipsen,
fis


sis, post Decani S. Blasii Brunsvigae, & Illustriss Brunsy, & Luneb. Ducis IIII &c consiliarii Filiam. Avum maternum habuit Nob. Ampliss. & excellentiss. Virum, Dn. LAVENTIVM STEPHANI, Ducum Illustrissim. Mecklenb. in dicasterio provinciali Vice Præsidentem, Acad. Rost. PP. & Assess. Consistorii. AVIAM maternam AN. NAM COTHMANNIAM superiori anno cœlitibus sociatam. Proavum paternum habuit HENRICVM Rahne / Civem Neobrandenburgensem honoratissimum. Proavum paternam, MECHTILDEM Baden' feminam pienissimam. Proavum maternum, ex una parte JOACHIMVM STEPHANI Jct. Acad. Gryphovald. Antecessorem & Syndicum, Princip. Pomer. Consil. & Consistorii Ducalis Directorum, Virum ORBL eruditissimum. Ex eadem parte proaviam maternam habuit BARBARAM Ribowen matronam clarissimarum virtutum. Ex altera parte Proavum maternum habuit ERNESTVM COTHMANNVM Jct. summi nominis. Consular. Mecklenb. Cancellariumq, Profess. Rostoch. incomparabilem, &c. &c. Proaviam maternam ELISABETHAM, condecoratissimam matronam, filiam D. FRIDERICI Heyns / Jcti & Antecessoris Academiae primum, deinde Civitatis hujus Syndici & demum Consuls prudentissimi. Tantis parentibus, tot meritis majorum, nobilissima puella nostra mundo inclaruit: sed major ejus splendor ex amore JESV fuit. Vixit in mundo, parentum delicium, quos jam subridente vultu, blandis gestibus, & manu exerta venerari atq; demulcere solita est: familiæ gaudium, quam tenellis blanditiis attraxit, annum unum & undecim septimanas. Vixit, ut cum diversis tenelli corpusculi adversitatibus configere, necesse habuerit. Tandem infestas teneræ ætati variolas, five papulas, tanquam amoris summi vinculum, in eam conjecit Dominus JESVS, & sic IX. Septemb. frustra retinentibus medicaminibus pretiosissimis, animulam sanguine suo purpuratam è debilitato extraxit atq; ad se traxit corpusculo. Tracturus est idem Βρεφόφιλος JESVS è throno gloriae in novissimo tandem die ad se ipsum corpusculum animulæ reduniendum. Componamus ergo idem more Christiano in sinum terræ matris, donec in sinum JESV repetatur. Fietid, CLIVES ACADEMICI, si, quod per amanter & officiosè rogo & moneo, frequentes ad exequias ejus ibitis & clarissimis originibus, quas supra commemoravimus, debitam hac ratione venerationem testabimini. Cogitabis juxta, nisi conabimini recipere regnum cœlorum, sicut hic infans, vos non istud intraturos. Fxit Dn. JESVS, ut omnes ingrediamini!
Dab. Rostoch. XIIIX. Sept. A. O. R. clo loc LVI.

Conventus fiet hodie in templo Mariano
hora I. pomerid.



Quod notandum contra assertionem Walafridi Strabonis de reb.
 ad stipulatus Ludovic. Vives ad Aug. d. C. D. l. c. 27. scil. neminem oī
 snisse sacro baptisterio nisi adulta jam etate &c. Sed hæc alias. R.
 amabilem Christi Salvatoris vocem, quæ tantam cœlestis arboris
 sparsit de se, cum adhuc exinanitus esset, & in forma servi, recon
 gratiæ thesauris, obambularet. Sanè enim qualcm se tunc in his te
 exhibuit, talem etiam alias. Et credibile est, discipulos JESU
 denter infantes ab amplexibus Christi repulerunt, postq
 indignationem experti sunt, & quanto fervore eos co
 non sine ingenti admiratione intuiti, ubi commode ol
 runt in ulnis parentum hærentia tenella ejusmodi corcula, eade
 Magistri degustandum amorem vehementer invitasse.
 majorerit Christi exaltati & ad dextram Patris sui cœlestis in thron
 sidentis erga infantes nostros amoris divini effusio? Succenserit utiq
 rot errores, per tot scandala avertenti infantium ad se adventum
 parentibus tam segnibus in infantium adductione. Vocatē thro
 nibus indesinentibus Orientem, Occidentem, Meridiem, sept
 expergesiat adducatq; suos infantes fiatq; ipsis similis. Inprin
 explicat ulnas gratiæ & amplexus infantibus offert. Mysterium
 plumbables heic osculationes præbet. Sic in regno gratiæ. Ereg
 se vocat, ad se trahit infantes & in beatitudinis sempiternæ tran
 sinum recipit, quoties præmatura morte è parentum ulnis abstra
 quam acerbum apparere imperium, quia tamen à Christo est,
 RENTES, neverando & intercedendo modum excedant & in
 ejus provocent, quod Discipulis contigit.

Resignabunt ista ratione voluntatem suam in supremi i
 CHRISTI nutum Nobil. amplissimus & excellentissimus Vir, F
 Nahne JCtus, Antecessor Acad. nostræ & Consistorii Assessore præclar
 Dr. Amicus & Collega noster honoratisimus, & honoratissima conjux
 omnibus sexus sui ornamentis decoratissima ELISABETHA
 &c. postquam ista ratione è regno gratiæ ad regnum gloriæ evoc
 JESVS inq; suas ulnas recepit tenellulam pueram BARBARAM,
 rum longe jucundissimam. Nobis, quæ ad funerationem deco
 tur, peragenda sunt. Originem pueræ jam nominatis parentibus i
 cedit illa in XXII. Junii hor. II. pomerid. Annis 15 LV. Claret autem
 splendores etiam avitis. Avum paternum habuit HENRICKV
 Syndicum primè Helmstadii, deinde ex regia Dan. stirpe oriunda DC
 Illustrissimæ vidua Luneburg. Consiliarium. Aviam paternam CAT
 Dn. BARTHOLI Reichen Jur. & Philos. Doctori, initio Prof. & Pi



the scale towards document